Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

Illvstriss. Domino domino meo colendiss

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

ILLVSTRISS. DOMINO
DOMINO MEO COLENDISS.
IOANNETTINO
DORIA,
CONSILII BELLI
Suę Catholicę Maieſtatis, eiuſquè
Generalis Gubernatori triremium Regni Neapolitani.

PRætioſus Lapis Topatius (Excellentiſſime Domine) ortũ habet in Inſula Maris rubri, Topatios, ab ipſo lapide nuncupata; inter cæteras cuius Virtutes, Naturales omnes, tres

præclaras connumerant, nimi-
rum quod occulta ſua proprieta-
te in venis ſanguinem reſtringen-
di habeat facultatem; item aqua
ferrens per illius contactum ſu-
bito tepeſcat; & tandem ipſum
portanti Principum gratiam
conferat. Mei autem ingenij na-
uicula rubrum Mare Veliuolũ
meritorum tot Hæroum Ill. Fa-
miliæ ORIAE, traſmeando:
tandem tendimus in latium hoc
eſt in Perſona tua (Hæros Am-
pliſsime) in qua virtutis culmen,
velut Gemmam Topatinam ta-
lium qualitatum dotatam, agno-
ſcndo, admiratus ſum; ipſa
nanquè velut Inſula in Mari
ru-

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

rubro tot immortaliter geſtorum
tuorum Proauorum, circunda-
ta, virtutum apice velut Topatio
decorata, à cunctis noſtri ſeculi
pariter contemplatur, ita tamen,
vt non tu à familia, ſed familia
à te, & nomen, & inſignia, adin-
ſtar Topatij, Inſulæ in qua na-
ſcitur nomen dantis, præbere vi-
deatur. Ex quibus ſtimulatus,
Meam Metopoſcopiam Aſtro-
nomicam tuo nomini dicare iu-
dicaui, vt ſecum illud portando,
velut Topatium, ſupera narra-
tis virtutibus fulgere videatur,
ſua nanque occulta proprietate,
inuidis ignaris illa legentibus, in
venis eorum ſanguis conſtipabi-

tur,

tur, nè illam calumniare audeat;
Zoylorum cryticorum ira, & fu-
ror, ad inſtar feruentis aquæ, ca-
lor ità tepeſcet, vt protinus, nec in
minimò detrahere præſumant; &
tandem ſapientum, & ſcientia-
rum Profeſſorum gratiam ade-
pta, ſub tuis fęliciſsimis auſpicijs,
& Auguſtiſsimo nomine, augeri
videbitur, doctiq; per ora virum
percurrendo, quidquid venturas
ſpectabit Fœbus in annos, FI-
NELLAS noſcet, nomen &
vſq, tuum: tuæ igitur inter Hæ-
roes excellentiæ, opus meum de-
dicaſse ipſe iubilo, ſub tanto Tu-
telari fecurum manet opus, ſub
cuius benigno tegmine, taceat
igna-

ignarus, & Dœtus gaudeat. Vale noſtri ſeculi, ad inſtar Cynoſuræ: ſydus fulgentiſsimum, & me ama. Datum Neapoli die 1. Maÿ 1650.

Dominationis veſtræ

Seruus Additiſs.

Philippus Phinella.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg